

agere: Ut præstantes quosq; uiros odissent & abesse longius uellet. Manda torum hæc fuit summa: Audisse Theodoricum Iustini edictum de catho licis & arrhianis. Non dubitare hoc in sui contumeliam factum: Quem iampridē infensum habuerint & Anastasius pater: & Iustinus filius: nul la quidem ipsius culpa: Sed ob italicum regnum iustis armis quæsitū con seruatumq; & auctum summa cum iustitia & diligētia. Proinde bene quo q; agi cum Iustino: Si imperium ipse suum tam diligenter administret. Ut illi supersit tempus otiumq; ad hæc sacerdotalia iudicia curanda. Cen sere præstantius esse: ut reges pontificesq; seorsum quisq; munera sua ob eant. Certent inter se uerbis sacerdotes: Dummodo ui temperent & armis Moneant igitur iustum ut abstineat edicto: Qd' nisi fecerit: certiorem faciat quicquid ille iniurias intulerit arrhianis ecclesiis: Idem quoq; se catho licis illaturum. Iustinus legatos maximis honoribus accepit: Et præcipue Ioanne in pontificem. Nam & populus omnis longe obuiam illi ab urbe progressus est cum sacra omni pompa. Et iustinus genibus se se pontificis summisit. Legati deinde potestate dicendi facta: Afferimus inquit o im perator duram nimium legationem: quam perfidi & crudelissimi Regis se rox & superbus animus imperauit: Tuum erit deligere quod omnipotēs deus optimum in tantæ rei suæ discrimine demonstrabit. Mandata deinde exponunt. Audiuit eos iustinus magna cum moderatio: ut nihil commo ueretur mandatorū superbia & indignitate. Consultis deinde legatis quid in eo rei christianæ periculo agendum esset. Tandem uariis inter eos habiti disceptationibus. Iustinus ex communī sententia misereri maluit eoru malorum: quæ facile consecutura animo conciperet: q; rem christianam & totum fere orbem perditum ire. Itaq; differre edictum satius existimarunt cæterum quid profuit cum superbo & obstinato homine māsuetudo: Barbarum diutius ingenium Theodoricus metiri non potuit. Nam iustini fa cilitas quæ mollire illius animum debuerat: maiorem immodum efferauit. Siquidem intuīda percitus: qd' maximo amore Iustinus & Pontificem & legatos habuisset: quasi in ipsius cōtumeliam factum: Insimulatos uariis criminibus in carcerem coniectos fame deinde atq; inedia necauit. Paria bie deseuīit in multos Romani senatus principes. Boecium seuerinum: & symmachum sacerorum uiros consulares atq; summae auctoritatis: Apud Papiam relegatos interfici iussit. Boecium qui librum nobilissimum de tri nitate quasi aduersus arrhianos in eius cōtumeliam composuisset. Ipse nō multo post ut nonnulli uolunt a poplesi: nonnulli uentris profluio ma gnis cruciatibus extinctus est: Anno duo de. xl. post adeptū Italiae regnū Auctor est procopius post Boecium symmachumq; imperfectos: cū cœnāti Theodorico caput pīscis esset oblatum: refugisse theodoricū quasi sym machi faciem oblatam. Illud autem caput toruos in eum oculos defixisse